

„ per sub pari excommunicationis poena in-
„ terdicimus similiter, & prohibemus, nè
„ quis in concionibus, lectionibus, aut aliis
„ ad populum sermonibus prædictum no-
„ strum Decretum in causa memorati Petri
„ Archiepiscopi, summâ quidem maturitate,
„ & justitiâ editum, ullo tempore, vel quovis
„ prætextu impugnare præsumat, vel eidem
„ quomodolibet ausu temerario contraire.

Ita CLEMENS XI. Pontifex ex cer-
ta scientia, & de plenitudine potestatis
statuit, ac decernit. Sed quid Anti-Pontifi-
cius Quesnellus? Eurore æstuans mox cala-
num arripit, & librum parat non exiguum in
annum proximum videlicet 1708. hoc titulo:
Divers abus, & nullitez du Decret de Rome.
Idest, *Abusus variis, & nullitates Decreti Ro-
mani dati 4. Octobris 1707. circa res Ecclesie
Catholice in Belgii Batavici Provinciis.*

Pag. 8. „ Non amplius (inquit Quesnel-
lus) illicitum est hoc tempore de Romanæ
Curia judiciis conqueri, quando videmus
illuc innocentiam, & justitiam oppressam.
Pag. 11. „ Inter illos, quibus scatet Ro-
mana Curia, homines cupidos, & suis po-
tiis inhiantes commodis, quām Ecclesiæ
juxta Euangeliū, Sacros Canones, & ju-
stitiam, administrandæ studiosos, sunt illi
Scriptores Censurarum, Decretorum, &
Brevium.

Pag. 21. „ Absolutissima, & abundans
Præsulis defensio est, quid Roma accusa-
tum audire in suis noluerit Apologiis; qui
error proculdubio tolerari non potest: Sed
expressam contra eum in Decreto senten-
tiam prorsus nullam reddit, atque irritam.

Quandonam unquam in Ecclesia, aut
Republīca licitum fuit, post auditum in judi-
cio reum, quantum, imo plus quam audiri vo-
luit (quod Sebasteno obtigit toto quo in ur-
be moratus est biennio) quandonam, inquam
licuit post causam supremæ Authoritatis senten-
tiā terminatam, judices odiosis apud ple-
bem scriptis laceſſere, & quasi plebis suffra-
giis velle contra Principes, & Supremi Tri-
bunalis sententiam prævalere?

Pag. 23. „ Ad implendam iniquitatis
mensuram necesse fuit dignissimi Præsulis
Declarationem, & Responsionem iterata post
triennium censuræ novâ maculâ aspergi;
Sed nova illa sanctio, æquè violenta ac
prior, in hoc verò scelestior est, quod dam-
net opuscula, quibus prioris Decreti in-
justitia demonstrata est: Quæ demonstratio
debuisse pudore suffundere Authores in-
justitiae, & eis saltē indixisse silentium.
Ita tanillus homo Quesnellus, & suæ tenuita-
tis conscius.

Constitutio theol. propugn. Tom. I.

Pag. 27. „ Poteratne Episcopus silere
laceſſitus publicè, tanto dedecore, tam ra-
tionis omnis inope accusatione, quā non
ipſe ſolus, ſed universus in ipſo Episcopo-
rum ordo læditur? Silentium ejus manife-
ſta fuſſet prævaricatio, . Episcopalis ſci-
licet Dignitatis cura Quesnellum angit. Fuite
Episcopalis Ordo læſus damnatione Ser-
gii Monothelitæ, & tot Arianorum, ac Pela-
gianorum Antiftitum? In ſolo ſcilicet poſt
Jansenium Sebasteno Episcopalis Ordo pati-
tur: Sed non paſſus eſt in damnatione dog-
matum Cameracensis Archiepiscopi, à qui-
busdam Episcopis, adeò etiam Quesnello ve-
nerandis, poſtulatā, tanto plauſu à Quesnello
exceptā, atque ipſi Antiftiti acerbis ſcriptio-
nibus exprobratā. Non patitur Episcopalis
Ordo in quadraginta Præſulibus, quos Ques-
nelli, ob Documentum Pastorale contra
proscriptos à CLEMENTE XI. articulos,
tot inſectantur contumeliis. Prætereo Illu-
ſtrissimos Lucionensem, & Rupellenſem, alios
que tot verborum aculeis, & publicarum De-
nuntiationum jaculis à Queſnelli defensorib-
us impetitos. Sed nemo pèjus de Episcopali
ordine meritus eſt, quām Quesnello, non
ſolū infami epistolā, quam pro damnato
Conſcientia caſu, Episcopum mentiens ſcripſit;
Sed maxinè quando Episcopos plures à Sum-
mo Pontifice, à fide Ecclesiæ avellere, atque
in diri ſecum ſchismatis, & hæreſeos bara-
thrūm pertrahere indies molitur. Ibidem per-
git Quesnello, & censuram Pontificiam vo-
cat bruta fulmen. Eādem paginā de Roma-
nis Censoribus ait: „ Semper eſſe mutos in
allegandis factis, ſeu propositionibus, quæ
confuſis eorum ſanctionibus feriuntur; at
eloquentes, & phrasibus plusquam oport-
teat copiosos, quoties ſibi ſtatuant quēm-
piam contumeliis proſcindendum, . Non
prævidit tunc tam falſus vates, quām doctor
erroneus ſolvendas importunis ſuis provoca-
tionibus linguaſ, & proferendos plures
ſuos hæreticos, & aliis respectivè censuris
notatos articulos.

Pag. 53. „ Si Cenſores indicaffent fin-
gulas, quas feriunt, Propositiones: ſi affixi-
ſent singulis censuras proprias, non du-
bito quin adhuc facilius fuſſet censuras
omnes in ipſos retorquendo convertere
Cenſores; ac demonſtrare, quid penes
ipſos fit falſitas, contumelia, calumnia, in-
juſtitia, ſcandalum, temeritas, error, &
ſchisma: Præterea quid quicunque do-
ctrinis, & veritatibus traditis in Sebasteni,
& ei adhærentium lucubrationibus offen-
duntur, parum illustratum habeant intel-
lectum. Denique, quid aures in Decreto